Hæreticorum, & Schiſmaticorum, vel vbi magnus eſt talium numerus, quando neceſſitas vrgeret, & periculum eſſet maioris ſcandali, conuerſarì cum huiuſmodi hominibus, & Miſſas celebrare, etiam ſi illi preſentes adſint in Eccleſia, dummodo prohiberi nequeant ſine maiorì ſcandalo. Pius. 5. in Viuæ vocis oraculis, pag. 32. Hac facultate vti poſſunt omnes noſtri, vnuſquiſq; in ſuo gradu, & officio. Hæc duo vltima ſunt extracta ex Compendio Indico Societatis.

BVLLA CRVCIATAE.

¶ Dubium eſt, ſi Religioſi poſſunt abſolui à caſibus reſeruatis virtute Bulle Cruciatæ? Pater Emanuel Rodericus in Explicatione Cruciatę. §. 9. numer 23. & ſequentibus, docet Fratres Medicantes poſſe virtute Cruciatę abſolui à caſibus ſuis Superioribus reſeruatis, atq; ita illos [qui ſic abſoluuntur non debere inquietari aut perturbari] ſed relinquendos in ſua opinione, qua putarunt potuiſſe abſolui. Idem docet Tom. 1. qq. regul. q. 21. art. 10.

¶ Doc-